

Ob 25



Jahresbericht

über das

Königl. Progymnasium in Dt. Crone

vom

Herbst 1845 bis zum Herbst 1846,

womit

zu der am 2ten October abzuhaltenden

öffentlichen Prüfung der Schüler

ergebenst einladet

Franz Heinr. Malkowsky,

Director.

Inhalt: 1) Abhandlung: De tragoedia Agathonis pauca quaedam disputavit et fragmenta poetae edidit
Cl. Bonifacius Martini.
2) Schulnachrichten vom Director.

Deutsch-Crone,
gedruckt bei V. Garmß.



Zaproszenie

1879

Königliche Hofkapelle in St. Crona

1879

1879 bis zum Ende 1879

1879

zu der am Ende des Jahres abzuhaltenen

öffentlichen Prüfung der Schüler

1879

Herrn Herrn. Müller

KSIĘŻNICA MIEJSKA
IM. KOPERNIKA
W TORUNIU

Stadtbibliothek
Chorn

AB 1719

1879

Verissime a viris doctis, qui in rebus Atheniensium explorandis otium ac tempus collocarunt, observatum est, cum morte Periclis, qui patriam suam ad summum splendoris ac potentiae fastigium summamque litterarum artiumque bonarum gloriam evexerat, protinus in ea civitate omnium rerum factam esse commutationem omniaque et vitam publicam et privatam non minus, quam litteras artesque liberales in pejus ruisse. Cujus sententiae veritatem omni ex parte explicare atque illustrare, neque est propositum mihi neque necessarium; sed hoc dico, eam nulla re magis firmari, quam historia tragoediae atticae, quae, quum a Sophocle ita perfecta esset atque absoluta, ut addi nihil posset, cum Euripide rursus ab hoc perfectionis gradu delapsa est. Jam enim, si vel obiter Euripidis dramata perlegeris, ejus tragoediam ab antiqua illa, quae Aeschyli et Sophoclis vere praedicatur, ejus summa virtus simplicitate et veritate continetur, prorsus abhorreere et totam tragoediae rationem, sive spectas externam quam dicunt formam, sive genus orationis, sive id quod proposuerit sibi poeta, ab Euripide omnino immutatam esse, facile intelliges. Nimirum omnis tragoedia Euripidea, id spectans, ut mentes animosque hominum concitet ac permoveat, ita comparata est, ut magis arte et studio facta, quam ex nativo quodam ingenio nata esse videatur, utque personas, quas pro eo, quo erat philosophiae amore loquentes induxit poeta, perfectos rhetores et sophistas esse dicas. Qua quidem in re Euripidem pravo aequalium suorum, qui mirifice delectarentur artibus sophisticis et dialecticis, iudicio nimis indulsisse, facile concedes. Ubi vero propria tragoediae natura tali modo ab Euripide immutata et quasi ad artis rhetoricae praecepta est conformata, magnus numerus poetarum tragicorum existit, qui laudis, quam ille apud aequales adeptus erat, appetentes in viam, quam ille praeciverat, cupidissime insisterent. Quorum omnium id commune erat vitium, ut, quum divino illo spiritu omnino destituti essent neque veram tragoediae vim ac naturam perspexissent, pravo aequalium iudicio inservientes, dramata sua

ad artis rhetoricae, quae tum Athenis imprimis florebat, regulas conformarent et ea, quae neque interna praestantia, neque simplicitate compositionis assequi poterant, rebus externis et ab hoc poësis genere alienissimis se consequi posse confiderent. Quo in numero fuit Agatho. De cuius tragoedia quamquam ab antiquitatis scriptoribus nimis pauca memoriae prodita sunt, quam ut vera ejus imago oculis proponi possit, hoc tamen vel ex his paucis colligas, inter tragoediam Euripidis et eam, quae est Agathonis, similitudinem quandam intercedere, quae quidem similitudo paulo laxior et remotior et in eo potissimum posita est, quod uterque antiquae tragoediae simplicitate ac gravitate neglecta, rebus vulgaris vitae in scenam productis aut mythis ad hominum aetatis suae mores accommodatis, et animis mentibusque hominum mollioribus sensibus aut misericordia concitandis, ad eam naturam, quae recentiorum temporum maxime est propria, quamque nos nomine Sentimentalitat significamus, descendit et molle quoddam genus tragoediae excoluit. Cujus vero mollitiae, quae in Euripide, quum auream quandam mediocritatem observet, nihil fortasse vitiosi habet, justos fines ac modum egressus est Agatho, quum non solum, ut videtur, mulieribus, amoribus ejusque generis rebus nimium in tragoediis tribueret atque indulgeret, sed etiam praecipue in canticis choricis metris mollissimis usus, omnia, quae Timotheus, famosus ille antiquae musicae depravator, excogitaverat, in tragoediam transferret, quin etiam chromaticum, mollissimum et effeminatum tragicoque cothurno prorsus dissimile musicae genus, cujus quidem naturam, qualis fuerit, quum omnino vetus musica in obscuris sit, non perspicimus, dramatis immisceret, Plutarcho teste in Sympos. III. 1, ita ut locutio „*Ἰγαθώτερος ἀλλήλης*“ de molli et effeminata musica in vulgarem usum veniret, cf. Hesych. h. v. et Zenobium in Proverbiis. Propter hanc mollitiam maxime etiam vituperatur Agatho ab Aristophane Thesmophoriazasis, ubi, quum Agatho in scenam prodit, Mnesilochum his verbis: „*Μέγιστος ἀγρόπυος, ἢ τί διαμνύσεται;*“ interrogantem, et tum Agathonem cantilena, et dictis et numero mollissima, laudes Apollinis, Dianae et Latonae pusilla et lenissima voce celebrantem facit (cf. Thesmoph. vers. 100 sq.); neque dubitaverim, quin Aristophanes hoc loco praecipue spectaverit Agathonis Mysos, cui fabulae chromaticum musicae genus immixtum erat. Quamquam vero haec mollitia tragoediae Agathoneae praecipua est virtus atque proprietas, non tamen affirmaverim, omnia ejus dramata eodem modo hoc vitio laborasse, sed complura, imprimis ea, quae in rebus gravioribus versarentur, antiquae tragoediae propiora fuisse, id quod Aristophanes, licet sophismata poëtae irrideat, quodammodo tamen videtur probare, haec Agathonis tribuens:

ἀνδρεία (sc. δράματα) δ' ἔν ποιῆ τις, ἐν τῷ σώματι
 ἔρεθ' ὑπάρχον τοῦθ'. ἢ δ' οὐ κεκλήμεθα
 μύησις ἤδη ταῦτα συνθηκόμεθα.

Quod ad dictionem totiusque tragoediae Agathoneae descriptionem attinet, tum ex Aristophane (cf. Thesmoph. vers. 32 ssq.), tum ex Platonis convivio manifestissimum est, eam omnino pendere a rhetorum praeceptis, atque etiam in hac re similitudo est Agathonī cum Euripide, quandoquidem etiam hic excellit rhetorico dicendi genere, sed eo differt uterque, quod ille Gorgiae, hic Prodicī artē rhetoricam sibi imitandam sumisit. Gorgiae vero stilus, quatenus is judicari potest ex oratione, quae Agathonī in Platonis convivio tribuitur, quae est exemplar artis sophisticae, maxime conspicuus est verborum dictorumque quaesita quandam elegantia, tumido orationis ornatu, effusa antithetorum, membrorum aequatorum et vocum similiter cadentium copia. Hunc vero stilum arripuit et ita suum fecit poëta noster, ut quasi alter Gorgias in tragoedia existeret. Quantopere delectatus sit antithetis, etsi ex Aristophane et Platone et fragmentis aliquot (cf. fragm. 5. 6. 8. 10. 13.) jam videre licet, non tamen piget afferre, quae in Aeliani Var. Hist. XIV. 13 leguntur. „Πολλοῖς ἰβὶ scriptum est“ καὶ πολλὰς χροῖται τοῖς ἀντιθέτοις ὁ Ἀγάθων. Ἐπεὶ δὲ τις, ὄσον ἐπιανορθούμενος αὐτὸν, ἐβούλετο περὶ αὐτὰ τῶν ἐκείνου δραμάτων, εἶπεν ὅλλὰ σὺγε, γενναῖε, λήθηθας σαυτὸν, τὸν Ἀγάθωνα ἐκ τοῦ Ἀγάθωνος ἀφανίσσον. Οὗτος ἐκόμα ἐπὶ τοῖτοις ἐκείνος καὶ ᾔειπε τὴν αὐτοῦ τραγωδίαν εἶναι. — Quum poëta crebras sententias, quod ex Aristophanico καὶ δὲ προμοσιπέ colligendum est, tragoediis suis immisceret, non videtur dubitari posse, quin eae potissimum antithetis ornatae fuerint. Post haec monendum est, chorū Agathonis prorsus alienum fuisse a fabula, id quod quodammodo etiam de choro Euripideo dici potest. Aristoteles in libro de Art. Poët. cap. XVIII ed. Herm. non sine indignatione hoc vituperat, cujus verba haec sunt: καὶ τὸν χορὸν δὲ εἶνα δὲ ἐπολαβεῖν τῶν ὑποκριτῶν καὶ μόριον εἶναι τοῦ ὄλου καὶ συναγωνίζεσθαι, μὴ ὡσπερ Ἐὐριπίδης, ἀλλ' ὡσπερ Σοφοκλῆ. Τούτῳ δὲ λοιποῖς τὰ ἡδόμενα οὐ μᾶλλον τοῦ μύθου ἢ ἄλλης τραγωδίας ἐστὶ δι' ὃ ἐμβόλιμα ᾄδουσι, πρότερον ἀρξάντος Ἀγάθωνος τοιοῦτον. Καὶ τοι τί διαφέρει, ἢ ἐμβόλιμα ᾄδειν, ἢ εἰ ᾄσῃ ἐξ ἄλλου ἐς ἄλλο ἀρμύττοι, ἢ ἐπισόδιον ὄλον; — Agatho addendo choro nihil voluisse videtur, nisi ornatum quendam, ne scilicet, dum actio paullisper consisteret, vel, ut nos dicimus, pone scenam procederet, scena actoribus vacua redderetur. Neque etiam praetermittendum est, poëtam cantilenis suis molliculis et delicatis interponendis id sectatum esse, ut venustulorum et effeminatorum aetatis suae hominum animis auribusque indulgeret atque blandiretur. — Quibus rebus expositis quamquam facile concedimus, veram tragoediae vim ac naturam multis modis ab Agathone depravatam, ejus poësim non tam nativam, quam arte atque studio comparatam fuisse et poëtam neque sublimitatem Aeschyli, neque admirabilem illam pulchritudinem Sophoclis, neque etiam insignes virtutes Euripidis in tragoedia plane assequutum esse; hoc tamen, ipso repugnante Aristophane, qui in judicando Euripide non minus, quam Agathone veritatem excessisse videtur, jure quodam affirmari potest, nostrum fuisse poëtam haud sane spernendum suasque sibi habuisse virtutes, et illum non eodem,

quo Aeschylum et Sophoclem, modulo metiendum, sed pro culta aetatis suae iudicandum esse. Quae enim Aristophanes, perpetuus antiquae virtutis ac morum admirator, in nostro vituperat, communia erant aetatis vitia et ita ignorata sunt, ut haud exiguo inter aequales esset honore. Aristoteles quidem, qui certe bonus poetarum iudex putandus est, passim libro de Arte Poët. Agathonis non nisi cum laude mentionem facit, illum uno tantum in argumento non stetisse testatur neque dubitavit, poetae Achillem, quod ad mores attinet, cum Homericam huius viri fortis descriptionem componere. cf. de Art. Poët. cap. XV. — οὐκ ἔστιν ἀνιστορητὸν ἡλικίᾳ ἀποβῆσαι τὸν Ἀχιλλεὺς ὡς ἔστιν ὁ Ἀχιλλεὺς ὡς ἔστιν ὁ Ἀχιλλεὺς

Dramatum suorum argumenta, ceterorum tragicorum exemplum secutus, maximam partem ex mythologia petivit; praeterea autem primus ausus est ex mythologia, qui est verus fons tragoediae, excedere et rem mere fictam in scenam producere, quae quidem tragoedia, *ἄλθοσ* inscripta, ab Aristotele celebratur. cf. de Art. Poët. cap. IX. — Quot dramata compasnerit; num singulas tantum tragoedias edere solitus sit, an etiam trilogias, de hoc vix certi quidquam statui potest; verum tamen ex eo, quod Ol. 90. 4. singulari tragoedia vicit, singulas tantum tragoedias, nec trilogias ab eo esse editas, possis coniecere. Dramatum sex tituli exstant: *Ἀερόπη*, *Ἀλκμαίων*, *Ἄλθοσ*, *Θυέστης*, *Μυσοί*, *Τήλεφος*. Praeterea scripsisse videtur *Ἰλιόν Πέσον*, ut non male opinatus est Hermannus ad Arist. Art. Poët. cap. XVIII. Phaedram fabulam et Satyras, drama satyricum, quae Bissetus ex Aristoph. Thesmophoriuz. vers. 459 sq. Agathonis vindicat, poeta scripsisse non videtur; ex loco quidem Aristophanico opinio viri doctissimi male comprobetur. Multa quidem dramata propter vitae brevitatem, sive ante annum, quo Arist. Ranae doctae sunt, sive Ol. 94. extr., quod nunc Ritschelio libenter concedo, decessisse statuis, non videtur condidisse. — οὐκ ἔστιν ἀνιστορητὸν ἡλικίᾳ ἀποβῆσαι τὸν Ἀχιλλεὺς ὡς ἔστιν ὁ Ἀχιλλεὺς ὡς ἔστιν ὁ Ἀχιλλεὺς

Fragmenta.

1. Aëropa.

Etym. Magn. v. εἰσημέν· καὶ εἰσησαν ἀπὸ τοῦ εἰσησαν σὺν τῷ ε. Ἀγάθων Ἀερόπη.

De hac forma vide, quae Buttmanus Gr. Gr. tom. I. p. 561 copiosius exposuit.

2. Alcmæo.

Bekker Anecdota Gr. vol. I. p. 353. Ἀθήμιστοι καὶ ἀνόστω δρῶν Λείναρχος εἶπε καὶ Σοφοκλῆς ἄθμιστότεροι Ξενοφῶν· καὶ ἄθμιστοι Μοῦσαι εἶπεν Ἀγάθων ἐν Ἀλκμαίῳ. — vide Soph. fragm. 311 et Xenoph. Cyrop. VIII. 3. 5.

3. Telephus.

Athen. Deipnos. X. p. 454. Δ. τὸ δ' ἀπὸ πεποήκε καὶ Ἀγάθων, τραγῳδοποιός, ἐν τῷ Τηλέφῳ. Ἀγάθμωτος γὰρ τις κἀναΐθθα δηλοῖ τὴν τοῦ Θεπέως ἐπιγραφὴν οὕτως.

Γραφῆς ὁ πρῶτος ἦν μετόμφυλος κύκλος,
 ὁρθοί τε κανόνες ἐξυγούμενοι δύο,
 Σανδαῖα τε τόσσ' ἢ τὸ τρίτον ἦν προστεφερέεις.
 Ἰαπετα τριόδους πλάγιος ἦν προσκείμενος,
 ἐφ' ἑνὸς τε κανόνος (ἦσαν) ἐξυγούμενοι δύο,
 ὅπερ δὲ τρίτον ἦν καὶ τελευταῖον πέλιον.

vers. 3. τό plurimi codices omittunt. — vers. 4. pro πλάγιος, quod libri msc. habent, in editt. legitur πλείγιος et προκείμενος, quae est lectio unius codicis. — vers. 5. ἦσαν ἐξυγούμενοι; ἦσαν bene deletit Meinek. — vers. 6. ὅπερ δὲ τὸ τρίτον in libris msc. legitur, metro articulum repudiante. — vide Schweigh. ad h. l.

Apud Athen. l. l. multo copiosiore ejusdem nominis descriptionem ab Euripide habemus, quam, si lubet, compares.

4. Thyestes.
 Athen. Deipnos. XII. p. 528. D. Ἀγάθων ἐν τῇ Θυέστη τοὺς τὴν Πρώνακτος θυγατέρας
 μνηστεύοντας, τοῖς τε λοιποῖς πᾶσιν ἐξησκημένους ἐλθεῖν καὶ κομῶντας τὰς κεφαλὰς· ἐπὶ δ' ἀπέτηγον τοῦ γέμου-

κόμης ἐκτεριέμεθα (φησί), μάστιγας τρυφῆς
 ἢ που ποθεινὸν χροῖμα παιζούση φησί.
 Ἐπόνημον γοῶν εὐθὺς ἔσχομεν κλέος,

Κουρήτες εἶναι, κομίζουσι χάριν τοιχόσους.
 Ed. Bas. et Cas. Πρώνακτος habet, quod Schweigh. emendavit. — ἐκτεριέμεθα est lectio editt. et lib. msc., quam Casaubonus in ἐκτεριέμεθα, quod metrum postulabat, mutavit.

Hi versus citantur etiam ab Eustathio ad II. ψ. 142, qui tamen ἔχομεν habet pro ἔσχομεν.

De his versiculis, quibus ludi amatorii, quos proci venustuli filiae Pronactis instituerant, significari videntur, vide, quae docte et copiose disputavit Schweighaeuserus ad hunc Athenaei locum. Vir ille doctissimus versus sic latine expressit:

Comam nobis abscidimus, testem luxuriae,
 Optabilem nempe rem ludenti (h. e. amanti) animo.
 Igitur cognomen statim famosum nacti sumus,
 Curetas nos esse ob tonsam capillum.
 Luxuriae admodum deditos fuisse Curetas docet Strabo libro X. 3., quocum conferendus est Eustath. ad II. β. pag. 213 et ad II. ψ pag. 1403.

Fabularum incertarum fragmenta.

5.
 Athen. Deipnos. V. p. 185. A. ἡμεῖς γὰρ κατὰ τὸν καλὸν Ἀγάθωνα.

Τὸ μὲν πάρεργον ἔργον ὡς ποιούμεθα,
τὸ δ' ἔργον ὡς πάρεργον ἐκπονούμεθα.

In his versibus libri Athenaei, Grotius in Excerptis p. 436 et Kusterus ad Aristoph. Thesmoph. vers. 60 consentiunt. Sed apud Cl. Alexand. Stromat. V. p. 733 ed. Pott. (p. 614 ed. Sylburg.) pro ποιούμεθα legitur ποιούμενοι et ἐκπονούμενοι pro ἐκπονούμεθα, quae mutatio sine dubio, ut versus illi reliquo sermoni aptarentur, facta est. —

Ab H. Junio hi versus in Adagiis referuntur. —

Grotius hos versiculos, in quibus summam artem et proprietatem poëtae cognoscere possis, quibusque poëta multorum hominum perversitatem denotat, qui, dum res minutas et pusillas cupidissime persequuntur, graviora et homini in primis expetenda negligunt, bene latine expressit:

Operose id agimus, agere quod non est opus,
at in eo, quod opus est, opera perfunctoria est.

Schweigh., qui I. l. conferatur, interpretationem loco et menti Athenaei accommodavit.

Athen. Deipnos. V. p. 241 E. Κατὰ γὰρ τὸν Ἀγάθωνα

Ἐὶ μὲν φράσω τὰ ληθῆς, οὐκ ἴδ' ἐνφρανώ.

εἰ δ' ἐνφρανώ τί σ', οὐκ ἴδ' τὰ ληθῆς φράσω.

Sic omnes codices; neque est causa, quare cum Grotio Excerpt. p. 437 φράσω pro φράσω legere malimus cf. Schweigh. adh. l. — Sententiam hic habes, quae apud omnes fere populos in proverbii consuetudinem abiit.

Athen. Deipnos. X. p. 445. C. Καὶ ὅς ἔφθ.

Ἀπολῆξίς μ' ἐρωτῶν (κατὰ τὸν καλὸν Ἀγάθωνα)

καὶ σὲ καὶ δ' ἑός τρόπος,

ἐν οὗ πρόποντι τοῖς λόγοισι χροόμενος.

Sic libri; Grotius Excerpt. l. c. pro ἑός τρόπος ex conjectura dedit Νεότροπος, unde quid comodi nascatur, non intelligo. Sed quo sensu intelligenda sint verba „ἑός τρόπος,“ quum totum sermonis nexum nunc quidem perspicere nobis non liceat, non minus perpetuo in dubio positum fore confido, quam, verba „ἐν οὗ πρόποντι“ cum τοῖς λόγοισι conjungenda et de sermonibus turpibus intelligenda, an per se explicanda et ad temporis opportunitatem referenda sint, haud facile unquam dijudicabitur.

Schweigh., quem vide, sic reddidit:

Occidis me interrogando et tu et mos novus

Intempestivis me sermonibus interpellans.

Quod metrum atinet, monendum est, καὶ δ., ut hiatus tollatur, pronuntiandum esse χῶδ, quod, ni fallor, editio Dindorfiana habet. —

Athen. Deipnos. XIII. p. 584. A. Κατὰ γὰρ τὸν Ἀγάθωνα.

Γυνὴ τὸ σῶμα . . . δι' ἀργίαν

ψυχῆς φρόνησιν ἐπὶ οὐκ ἀργὸν φορεῖ. (alii φέρει.)

Haec est vulgata scriptura, quam Schweighaenseri msc. A. tuetur. Casanbonus post ψυχῆς commate interpunxit, quasi cohaerent δι' ἀργίαν ψυχῆς. Quae distinctio neque versum neque sensum juvat. Itaque Grotius Excerpt. p. 437, ut sensum reficeret et metro quodammodo succurreret, verba ista sic corrigenda censuit:

Γυνὴ δὲ σώματος δι' ἀργίαν

ψυχῆς φρόνησιν ἐπὶ οὐκ ἀργὸν φορεῖ. et vertit:

Non, si feminae corpus pigrum est,

etiam intus animi cogitatio pigra est.

Ab hac scriptura non multum differt Porsonus ad Aristoph. Nub. v. 53, qui scribit:

Γυνὴ τοῦ σώματος δι' ἀργίαν ἂ. τ. λ.

Quod ad sensum attinet, utraque emendatio optime se habet; sed metro non satis consultit. Itaque Meinekii ingeniosam conjecturam, quam nuper Exerc. phil. Spec. I. p. 41 proposuit, praefendam esse puto:

Γυνὴ τὸ σῶμα ἀνεμῆν δι' ἀργίαν ἂ. τ. λ.

Non enim videtur posse dubitari, quin τὸ σῶμα genuinum et ab ipso auctore profectum sit, et eo ipso loco, qui lacuna significatus est, vox aliqua interciderit, quae similem quandam notionem contineat, atque ἀργός, ita ut addito δι' ἀργίαν magis etiam definita respondeat et opposita sit τῇ οὐκ ἀργόν. Nullam vero vocem hoc loco aptiorem esse, quam participium ἀνεμῆν, quis est, qui non videat? Neque est haec emendatio audacior, quam correctio Grotiana vel Porsoniana, et praestantior, pleno versu restituto.

9.

Aristoteles Rhet. II. 19. Ὅθεν καὶ Ἀγάθωνι εἴρηται.

Καὶ μὴν τὰ μὲν γὰρ τῇ τέχνῃ πρῶσσειν· τὰ δὲ

ἡμῶν ἀνάγκη καὶ τέχνῃ προσηγγίνεται.

Buhlius pro τέχνῃ προσηγγίνεται, quod vulgo in edit. Aristotelis legebatur, e margine edit. Venet. et Insignin. τέχνῃ προσηγγίνεται et in priore senario τέχνῃ restituit, Graeco Scholiasta, Georg. Trapezuntino, Hermol. Barbaro, Mureto et Riccobono consentientibus, eamque scripturam Bekkerus servavit. Sed Grotius Excerpt. p. 437. cum edit. Camot. et Majorag. τῇ τέχνῃ πρῶσσειν . . . καὶ τέχνῃ προσηγγίνεται recepit; quam lectionem Porsonus ad Eurip. Med. vers. 1090, Elmsleio ad Eurip. Med. 1062 comprobante, tuetur, nisi quod structurae, uti videtur, expediendae causa ζοή pro τῇ in priore senario posuit. Qua quidem in re quamquam Porsonus a Reisigio ad Soph. O. C. p. 177. jure reprehensus esse videtur, neminem tamen fore puto, qui viri doctissimi, versiculos illos,

quum μὲν γε particulas a tragicis nunquam usurpatas esse contenderet, conjectando in hunc modum:

„Καὶ μὴν τάχ' ἔν γε τῇ τύχῃ πράσσειν τάδε·

ἡμῖν δ' ἀνάγκη καὶ τέχνη προσγίγνεται.“

immutantis, sententiae suffragetur. Nimirum, ut vera sit causa, qua ingeniosa utique illa conjectura nititur, (quam falsam esse Hermannus docet ad O. C. 28. ad Viger. p. 827), hoc non est criticam exercere, sed textum ad arbitrium mutare.

Nos Buhlii, Bekkeri et plurimorum aliorum scripturam sequimur; et de sententia quidem versicolorum, (quos Aristoteles, ut probet, sine arte atque cura si quid fieri possit, facilius id arte atque cura effici posse, excitavit), si summam spectetur, non esse posse controversiam, et bene Buhlium monuisse, illis versibus inter se opponi ea, quae fortuna, et ea, quae arte fiant, arbitramur. Sed qua ratione verba copulanda sint, ut contrarium, quod iis continetur, appareat, in disceptationem possit vocari. Primum enim sic licet verba copulare: καὶ μὴν τὰ μὲν γε τῇ τύχῃ — τὰ δὲ ἡμῖν — πράσσειν προσγίγνεται, ita ut τῇ τύχῃ et ἡμῖν dativi sint, quos dicunt personae, ἀνάγκη vero καὶ τέχνη jungatur cum πράσσειν. Itaque hoc poeta dicit: Alia quidem fortunae, alia vero nobis exsequi contingit. — Poteris vero etiam sic interpretari: Alia fortunae faciendae tribuuntur, alia nobis contingunt, vel: alia aequum est a fortuna fieri, alia nobis necessitate et arte comparantur, ita ut supplendum sit verbum cognatae cum προσγίγνεται significationis, a quo ille infinitivus pendeat. Quam explicandi rationem secutus esse videtur Buhlius, qui sic versus transtulit:

Necesse est alia quidem a fortuna fieri; alia vero nobis necessitas et ars praebent.

Denique etiam in hunc modum verba copulari possunt: ἡμῖν προσγίγνεται, τὰ μὲν τῇ τύχῃ πράσσειν, τὰ δὲ ἀνάγκη καὶ τέχνη, ita ut τῇ τύχῃ et ἀνάγκη καὶ τέχνη sibi opponatur et haec sit sententia: nobis contingit, alia fortuna (adjuvante) efficere, alia necessitate atque arte. Jam vero etiam huic verborum structurae, fortasse non est, qui repugnet: τὰ μὲν τῇ τύχῃ πράσσειν προσγίγνεται . . . τὰ δὲ ἀνάγκη καὶ τέχνη προσγίγνεται ἡμῖν πράσσειν.

Sed quamquam his diversis rationibus verborum copulationem instituere poteris, tamen ex poetae consilio non nisi unam veram esse posse certum est. Qua de causa his postremis structuris, quas nimis quaesitas esse omnis intelligit, prima illa vel altera praeferenda esse nobis videtur.

10.

Aristot. Rhet. II. 24. Οὕτω καὶ ἐν ἥθοροικοῖς ἐστὶ φαινόμενον ἐνθύμημα παρὰ τὸ μὴ ἀπλῶς εἰκός, ἀλλὰ τι εἰκός. Ἔστι δὲ τοῦτο οὐ καθόλου, ὥσπερ καὶ Ἀγάθων λέγει:

Τάχ' ἂν τις εἰκός αὐτὸ τοῦτ' εἶναι λέγοι,
βροτοῖσι πολλὰ τυγχάνειν οὐκ εἰκότα.

Ad hos versus respicit Aristot. Poet. XIX. 8. ἔστι δὲ τοῦτο εἰκός, ὡςπερ Ἀγάθων λέγει, εἰκὸς γὰρ γίγνεσθαι πολλὰ καὶ παρὰ τὸ εἰκός. — Idem Poët. XXVI. 22. εἰκός γὰρ καὶ παρὰ τὸ εἰκός γίγνεσθαι. —

Hos versus, quos Ursinus, male in fragmento Simplicii (Bosq. Post. Lat. 14. Arist. Eth. Nicom. VI. 2. διὸ ὁρθῶς Ἀγάθων λέγει, εἰκὸς γὰρ καὶ παρὰ τὸ εἰκός, ὡςπερ Ἀγάθων λέγει, εἰκὸς γὰρ καὶ παρὰ τὸ εἰκός γίγνεσθαι. —

Libri msc. habent ἀγένητα; Grotius recte ἀγένητα, qui tamen ἦ mutare non debebat in ἦν. Tritau hanc sententiam, vario modo ornatam, passim apud scriptores antiquitatis invenies. cf. Soph. Trach. v. 740 et Horat. Carmin. III. 41 ssq.

Arist. Eth. Eudem. III. 1. Καθ' αἰὶν καὶ Ἀγάθων γρηγοροῦσι. —

Grotius Excerpt. p. 437. Victi malorum mole degeneres solent optare mortem.

Arist. Eth. Eudem. V. 5. τέχνη τέχνην ἐστέρησε καὶ τέχνη τέχνην. Vossius Hist. de poëtis Graecis hunc versum, quod tragico cothurno parum convenire videbatur, Agathonis, poëtae comici, qui non fuit, esse censuit.

Stob. Eclog. Phys. I. 11. Οὐπώτοι ἠξίωσα χηρῆσθαι τρόποις. Agathonis nomen habent cod. Vat. A et E. — Canterus, quum in libris Stobaei msc. οὐπώτοι legeretur, sic excudit:

Quum vero verba ista essent contra metrum nec aptum praeberent sensum, Grotius ex conjectura dedit οὐπώτοι, et τρόποις, quum de tempore illo Stobaei loco esset sermo, in χηρῶν mutavit:

Οὐπώτοι ἠξίωσα χηρῆσθαι χηρῶν. — Et οὐπώτοι quidem, quod codice Farnabii firmatur, recte restitutum est; minus tamen placet altera mutatio. Nam ut omittam, χηρῶν nimis differre a vulgata scriptura; quis vel istam sententiam probet? Heerenius, nisi integer versus desideretur, tamen aliquid excidisse ac legendum esse censuit τρωπῶν χηρῶν et sic vertit, nunquam inserviendum putavi temporis commutationibus. Hoc quidem, τρωπῶν vix ferendum et locum valde mutilatum esse, viro doctissimo concedimus; sed qua ratione locus juvandus sit, nescimus. Num forte πρότος vim quandam singularem nobisque ignotam habet?

Eclog. I. 9. — Πρὸς ταῦτα κλέπτει μηδὲν, ὅς ἄπανθ' ὄρθῳ
καὶ πάντ' ἀκούων πάντ' ἀναπίσσει χρόνος.

Hos versus, quos Ursinus male cum fragmento Simonidis (Bergk. Poët. Lyr. Gr. p. 799) conjunxit, Agathonis esse, Codicibus Vatic. A et E, qui nomen addunt, et Canteri edit., cujus in margine idem adscriptum est, firmatur.

Similem sententiam Sophocles expressit. cf. Gell. Noct. Att. XII. 11.

Stob. Floril. Tit. III (edit. Gaisf. II. p. 88.). Ἀγάθωνος.

Ὁὐ τῇ φρονήσει, τῇ τέχνῃ δ' ἐσφάλεθαι.

Pro ἐσφάλεθαι alii fide librorum scripserunt ἐπητίον. Male. Retinenda est altera lectio, quae codice Parisino A firmatur et in cod. B. a secunda manu et in Gesneri edit. in margine adscripta est. Non est, quod moneam, hanc lectionem ipsa sententiae veritate, consilio Stobaei, cui, quum hunc titulum de prudentia inscriberet, haec virtus laudibus erat ornanda, et simili auctoris dicto (vide fragm. 9) maxime commendari.

17.

Stob. Floril. Tit. XXIX. (ed. Gaisf. II. p. 6). Ἀγάθωνος.

Ἰδίας ὁδοὺς ζῆτοῦσι φιλόπονοι φύσεις.

Sic cod. A et ed. Trincavelli. Grotius: Itinere trito non it anima industria.

18.

Stob. Fl. Tit. XXXI. (ed. G. II. p. 36). Ἀγάθωνος.

Ἄδικῶν τομίζων ὄψιν αἰδοῦμαι φίλων.

Sic Trincavellus. Grotius: Vultus amicos revereor male conscius.

19.

Stob. Fl. Tit. XXXVIII. (ed. G. II. 59). Ἀγάθωνος.

Ὅλοιθ' ὁ τοῖς ἔχουσι τὰγαθὰ φθονῶν.

Grotius: Bona possidenti qui invidet, pareat male.
τὰγαθὰ sive cum ἔχουσι, sive cum φθονῶν conjunxeris, bonum effeceris sensum neque a regulis syntacticis dissenseris. —

20.

Stob. Fl. Tit. XXXVIII. (ed. G. II. 59). Ἀγάθωνος.

Ὅνα ἦν ἂν ἀνθρώποισιν ἐν βίῃ φθόνος,

εἰ πάντες ἦμεν ἐξ ἴσου περικότες.

Grotius: Immunis hominum vita ab invidia foret,
si nascerentur sorte mortales pari.

Idem versus apud Maximum 54 leguntur. Voss. et Arsen. ἦν ἐν ἀνθρώποισιν scripserunt.

21. Stob. Fl. Tit. XXXVIII (ed. G. II. p. 61). Ἀγάθωνος·

Σοφίας φθονῆσαι μᾶλλον ἢ πλούτου καλόν. —

Grotius: Sapientiae ergo melius inviderier,
quam propter aurum.

22. Maxim. 54. Ἀγάθων εἶπε, τοὺς φθονερούς τῶν ἀνθρώπων οὐχ οὕτως εὐφραίνεσθαι ἐπὶ τοῖς ἰδίοις ἀγαθοῖς, ὡς ἐπὶ τοῖς ἄλλοτριῶς κακοῖς.

Fragmenta 19. 20. 21 et 22, quorum primo iis, qui opulentis invident, diras imprecatur, altero causam et originem invidiae proponit, tertio et quarto naturam hujus vitii paucis declarat poeta, ex eodem fabula desumpta esse, haud facile quisquam erit, qui in dubium vocaverit. Atque ex hoc ipso exemplo pro certo statuendum videtur, non alienum fuisse a consuetudine Agathonis, tales disputationes in scena instituire. Quae quidem disputationes, ne dicam, tales res vix a personis tragicis disputando posse absolvi, quam parum convenient simplicitati et gravitati tragoediae, omnis intelligit.

23.

Stob. Fl. XXXVI. Ἀγάθων·

Ἀγάθων ἔφη, τὸν ἄρχοντα τριῶν δεῖ μεμνησθαι, πρῶτον μὲν οὐτὶ ἀνθρώπων ἄρχει, δεύτερον οὐτὶ κατὰ νόμους ἄρχει, τρίτον οὐτὶ οὐκ ἀεὶ ἄρχει. —

24.

Stob. Fl. Tit. LII. (ed. G. II. p. 377). Ἀγάθωνος·

Νεῶν γὰρ ἀνδρῶν πολλὰ κίμπτονται φρένες.

Grotius: Juvenilis animus flexiles motus habet.

25.

Stob. Fl. Tit. LIV. (ed. G. II. p. 382). Ἀγάθωνος·

Γνώμη δὲ κρείστων ἐστὶν ἢ νόμη χειρῶν.

Grotius: Valente dextra potior est prudentia.

Pro κρείστων vel κρείττων legitur etiam κρείττων. Trinc.

26.

Stob. Fl. Tit. LXXIX. Ὡς ἡδὺ τῷ φύσαντι πείθεσθαι τέκνα.

Grotius: Quam dulce natos esse morigeros patri!

Fragmenta 23. 24. 25. 26 in libro A. Trincavelli Agathonis nomine signati sunt.

27.

Scholias. ad Sophoclis Trachin. 639. Ἐνθ' Ἑλλάνων ἀγοραί· ὅπου συνάγονται οἱ Ἀμφακτύονες εἰς τὴν λεγομένην Πυλκίαν, περὶ ἧς Ἀγάθων φησὶ, Πυλκίαν τὸν Στροφίου πρῶτον συστή-

σασθαι ἐν τῇ Φοκίδι. καθαρῶμενον τὸ ἐπὶ Κλυταιμάνστρα μύθος, καὶ ἀπ' αὐτοῦ τὴν σύροdon Πηλείαν
φησὶ προσαγορεύεσθαι, ἢ ὅτι Τραχίν' πύλη τῆς Τραχινῶς ἐστίν. (ἢ ὅτι ὁ τόπος πύλη [πέλαι] τῆς Ἰλλίδος)
ut alii habent libri msc. —

Hoc fragmentum utrum nōstro, an Agathonī, qui de fluvīis scripsit, et περιπλοῦν
Πόρτου reliquit, tribuendum sit, cum uterque suo sibi jure vindicet, in ambiguo ponen-
dum esse judico. cf. Scholiast. ad Apolloniū Rhodii Argonaut. II. v. 1015 et Schaefer.
ad hunc locum.

Scribebant Valcii mense Junio MDCCCIVL.

Cl. Bonifacius Martini,

Progymnastii Valceensis praecceptor.

Schulnachrichten.

Erster Abschnitt.

Allgemeine Lehrverfassung.

Gymnasial-Secunda.

Ordinarius: der Director.

Latein. Virg. Aen. lib. III. u. lib. IV. bis v. 460. 2 St. Livius lib. XXIII. cap. 21 bis zu Ende u. lib. XXIV. cap. 1—24. Dann Ciceron. orat. in Cati l. I. u. II., die erste statarisch, die zweite cursorisch. 4 St. Memorirübungen u. Contraversionen, angeknüpft an die Lectüre. Zumpts Grammatik: von den Casibus und Modis; mehrere Abschnitte aus der Syntax. ornata. 2 St. Exercitia und Extempor. 2 St. Versuche in freien latein. Aufsätzen, für die obere Abtheilung. Malkowsky.

Griechisch. Hom. II. X. XI. ganz, XII. bis v. 100. 2 St. Xenoph. Memorab. lib. II. cap. 3 4 6. 7. u. 8.; lib. III. cap. 5. 6. 7.; lib. IV. cap. 3. 5. 2 St. Grammatik nach Buttman; Wiederholung der verba in u, Partikeln, Wortbildung und einzelne Abschnitte aus der Syntax. Exercitia und Extemporalia. 2 St. Malkowsky.

Deutsch. Litteraturgesch. nach Koberstein bis zum J. 1815, mit Benutzung der Chrestomathie von Budde. Gelesen wurde: das Nibelungenlied, übers. von Simrock, Heineke Fuchs, Göthe's Hermann und Dorothea, Schiller's Wallenstein und W. Tell. Monatlich ein Aufsatz. 3 St. Der ord. Lehrer Herr Weierstraß.

Französisch. Guillaume Tell lib. III. u. IV. und nach Hirzel's Grammatik das unregelm. Verb.; Syntax des Verb. Wöchentl. ein Exercitium. 2 St. Der ord. Lehrer Herr Zanke.

Hebräisch. Nach Gesenius Grammatik das Nothwendigste aus der Elementarlehre, Formenlehre des Artikels und Pronomens, von den Conjugationen, zum Theil auch der unregelm. Verba. Gelesen wurde aus Gesen. Leseb. I. Mos. c. I. II. III.; I. Mos. XI. V. 9 bis 22. 2 St. Malkowsky.

Religionslehre. a. kathol. Secunda mit Tertia combin. Die Sittenlehre nach Siemers. Bibl. Geschichte d. A. T. 2 St. Herr Oberlehrer Mader. — b. evangel., Secunda mit Tertia comb. Nach Benders Handbuch für die oberen Klassen Seite 23—51 u. Lesung des Evang. Johannes, einige Psalmen und Stellen aus den Briefen. Theilweise Benutzung des griech. Testaments. 2 St. Herr Pfarrer Weise.

Mathematik. Gleichungen des zweiten Grades mit einer und mehreren Unbekannten, unbest. Gleichungen, allgem. Potenzlehre, arithm. u. geom. Reihen, Logarithmen. — Ähnlichkeit u. Ausmessung der ebenen Figuren, Kreislehre; verschiedene Aufgaben der practischen Geometrie. Arithmet. u. geom. Aufgaben. Nach Mathias' Leitfaden. 4 St. Weierstraß.

Geschichte. Die der Römer bis zum Untergange des abendl. R., nach Pütz. 3 St. — Geographie. (Mit Tertia combin.) Europa; Deutschland, nach Volger. 1 St. Herr Oberlehrer Martini.

Physik. Electricität u. Magnetismus nach C. G. Fischer, mit Einschaltung der zum Verständniß erforderlichen Lehren der Chemie. 2 St. Weierstraß.

Gymnasial-Tertia.

Ordinarius: Herr Oberlehrer Martini. Latein. Ovid. Metam. lib. IV. mit Auswahl. Quantitätslehre u. Metrik. 2 St. Der ord. Lehrer Herr Dr. Laws. Caes. B. G. VI. und VII. bis cap. 55. Aus lib. VI. wurden 40 cap. memorirt. 4 St. Grammatik nach Zumpt, cap. 69—81 incl. 2 St. Exercitia u. Extempor. 2 St. Der Ordinarius.

Griechisch. Hom. Odys. lib. IX u. X bis v. 345. Aus lib. IX. 100 Verse memorirt. 2 St. Xenoph. Anab. lib. III cap. 3 bis zu Ende u. lib. IV. bis cap. 5. 2 St. Grammatik nach Buttman, §. 1 bis 110. Memorirt wurden die unregelm. verba in §. 114 von der obern Abtheilung; von der untern die verba baryt. u. contract. aus dem Anhange der Grammatik. Alle 14 Tage ein Exercit. 2 St. Der Ordin.

Deutsch. Die Verslehre nach Götzinger. Erklärung prosaischer u. poetischer Stücke aus Hülstett; mündlicher Vortrag der letzteren. Alle 3 Wochen ein Aufsatz. 3 St. Der Ordin.

Französisch. Grammatik nach Hirzel. Die declinirbaren Redetheile. Die 4 regelm. Verb. mit avoir und être. Ins Deutsche übersetzt aus Hirzel cap. 33 von 16—32 inclus. 2 St. Zanke.

Religion mit Secunda comb. 2 St.

Mathematik. Grundlehren der Buchstabenrechnung, Gleichungen des ersten Grades mit einer und mehreren Unbekannten, Decim. Brüche, Ausziehen der Quadratwurzeln. — Planimetrie bis zur Kreislehre. Arithmet. u. geom. Aufgaben. Nach Mathias' Leitfaden. 4 St. Weierstraß.

Geschichte. Die deutsche bis zur Reformation. 3 St. Der Ordin. Geographie
comb. mit Secunda. 1 Stunde. Der Ordin.

Naturkunde. Grundlehren der mathem. u. physikal. Geogr. 2 St. Weierstraf.

Gymnasial-Quarta.

Ordinarius: Herr Oberlehrer Mader.
Latein. Ellendt's Materialien für mittlere Kl. Abschn. V, VI u. VII ganz, Abschn.
VIII. 1—12. 4 St. Ferner aus demselben Werke: die 2te bis incl. 5te Fabel des Phaedr.
u. 100 Verse Ovid. Met. II. mit steter Berücksichtigung des Versmaßes. Grammatik nach
Zumpt: Repetition der Formenlehre und die Syntax. 2 St. Exercitia und Extempor. 2 St.
Memorirübungen, an das Gelesene sich anschließend. 1 St. Der Ordin.

Griechisch. Die Formenlehre bis zu den Verb. in *α*, nach Buttman. 3 St. Aus
Jacobs Leseb. die Beispiele über die Declin. bis zu denen über das Passiv. 2 St. Dr. Law's.

Deutsch. Von den Redetheilen u. Satzlehre. 2 St. Lesung und Erklärung deutscher
Musterstücke aus Hülfert. Mündlicher Vortrag. Alle 14 Tage ein Aufsatz. Der Ordin.

Religionslehre, s. Quinta.

Mathematik. Wiederholung der bürgerlichen Rechnungsarten, Anfangsgründe der
Buchstabenrechnung. Schriftl. Uebungsarten. 4 St. Weierstraf.

Geschichte. Nach Welter die römische u. das Mittelalter bis auf Karl d. Gr. 2 St. und
Geographie, nach Volger's zweitem Curs. Europa, mit Ausschluß Deutschlands.

1 St. Dr. Law's.

Naturgeschichte. Zoologie und Botanik, nach Burmeisters Grundriß. 2 St.
Weierstraf.

Gymnasial-Quinta.

Ordinarius: der ord. Lehrer Herr Zanke.

Latein. Zumpt's Grammatik. Wiederholung der Formenlehre. Syntax cap. 69
bis 74. 3 St. Jacobs lat. Leseb. Abschn. II. Fabel 1—25. Abschn. III. 1—12. Abschn. IV.
1—30 incl. 4 St. Memorirübungen aus dem Gelesenen. 2 St. Der Ordin.

Deutsch. Orthographie und Interpunction. Uebungen in der Satzbildung. Lesung
von Musterstücken aus Hülfert. Auswendiglernen von poet. Erzählungen und Fabeln. 4 St.
Der Ordinarius.

Religionslehre. a. katholisch. Bibl. Gesch. d. N. T. nach Kabath, und Glaubens-
lehre nach Dntrup. 2 St. Mader. — b. evangelisch. Das zweite Hauptstück d. Katechism.
Luthers und bibl. Geschichte des Alten Testaments. 2 St. Weise.

Rechnen. Decimalbrüche, der Dreisatz, bürgerl. Rechnungsarten. 4 St. Der Ordin.
Geschichte. Die merkwürdigsten Begebenheiten aus der alten Geschichte, biographisch
nach Belter. 2 St. Law's.

Geographie. Nach Volger: Italien, Portugal, Spanien, die Schweiz, Deutschland,
Preußen. Der Ordin.

Naturgeschichte der Thiere und Pflanzen, nach Schubert. 2 St. Weierstraß.

Zeichnen. Nach Vorlegeblättern. 2 St. comb. mit Sexta. Mader.

Schönschreiben. 2 St. Der Ordin.

Gymnasial-Sexta.

Ordinarius: der ord. Lehrer Herr Dr. Law's.

Latein. Die Elemente der Formenlehre nach Zumpt, mit Einschluß des cap. 69. 3 St.
Jacobs lat. Leseb. die ersten 146 Sätze, die ersten 5 Fabeln, dann die 25te bis 29ste. 4 St.
Memoriren aus Kone's Vocabul. mit Einübung leichter Sätze zum Uebersetzen aus dem Deut-
schen in's Lateinische. 2 St. Der Ordin.

Deutsch. Leseübungen aus dem Kinderfreund von Preuß. Orthographie und Inter-
punction. Vortragen gelesener Stücke. Nachbilden vorgetragener Erzählungen. 3 St. Der Ordin.

Religion mit Quinta und Quarta combin.

Rechnen. Die 4 Species in ganzen und gebrochenen Zahlen und einfache Proportions-
rechnung. 4 St. Mader.

Geographie. Die Erdtheile im Allgem.; Europa, Deutschland und Preußen. Nach
Volger. 2 St. Banke.

Zeichnen und Schönschreiben, wie in Quinta.

Den Gesang-Unterricht leitete in zwei wöchentlichen Stunden und in zwei Abtheilungen
Herr Lehrer Koniger.

Befugungen des königlichen Hochlöblichen Provinzial-Schul-Collegii zu Königsberg.

In Folge hohen Ministerial-Rescripts vom 29sten Juli 1845 geführt dem zweiten Lehrer,
Herrn Mader, nunmehr das Prädikat „Oberlehrer“ und ist er als solcher in den Etat aufzu-
nehmen. Königsberg den 25. August 1845.

Dem Besuch der Gasthäuser, Conditoreien, Restaurationen, Billards etc. von Seiten der
Schüler soll auf eine wirksame Art gesteuert werden. Zu diesem Zwecke wird das im Jahre 1824

durch das Amtsblatt bekannt gemachte Rescript des Königl. hohen Ministerii der geistlichen u. Angelegenheiten vom 31. Juli 1824 abschriftlich mitgetheilt und in Erinnerung gebracht. Nach demselben soll jeder Schüler eines Gymnasii

1. wenn seine Eltern, Vormünder oder Pfleger nicht an dem Orte des Gymnasiums wohnen, von diesen zur besondern Fürsorge einem tüchtigen Aufseher übergeben seyn, auf den der Director oder Rector des Gymnasii bei der Aufnahme des Schülers namhaft zu machen ist, und welcher über seinen Privatleiß und sein sittliches Betragen außer der Schule eine ernste und gewissenhafte Aufsicht zu führen hat.

2. Ein Jeder der gedachten Schüler hat dem Director die Wohnung, welche er in der Stadt zu beziehen gedenkt, bei der Aufnahme anzuzeigen.

3. In einem Wirthshause zu wohnen, oder seine Kost an die Wirthstafel zu nehmen, ist keinem Schüler verstattet.

4. Er darf während seines Aufenthalts am Gymnasio nicht seinen Aufseher oder seine Wohnung wechseln, ohne vorherige Anzeige bei dem Director, und ohne ausdrückliche Genehmigung desselben. — Königsberg den 27. August 1845.

Die Einführung der bibl. Geschichte des alten und neuen Testaments für katholische Schulen von Dr. Joseph Kabath, Director des Gymnasii zu Gleiwitz, für den Religions-Unterricht der katholischen Schüler des Progymnasii wird auf den Antrag des Directors genehmigt. Königsberg den 22. September 1845.

Ein Aufsatz über den evangel. Religions-Unterricht in den Gymnasien wird für die Entwurfung des Lectionsplans und die Leitung des betreffenden Unterrichts, so wie zur Mittheilung an den Lehrer des Gegenstandes, übersandt. Königsberg den 23. September 1845.

Der Herr Minister der geistlichen u. Angelegenheiten Dr. Eichhorn Excellenz hat sich veranlaßt gefunden, in Betreff des Titels eines Oberlehrers folgende Bestimmungen zu treffen:

1. Der Titel „Oberlehrer“ ist entweder mit der Stelle, welche der Lehrer einnimmt, von selbst verbunden, oder wird als persönliche Auszeichnung verliehen. 2. Für jedes Gymnasium, resp. jede zu Entlassungsprüfungen berechnete höhere Bürger- und Realschule sind diejenigen Lehrstellen, deren Inhabern das Prädikat „Oberlehrer,“ als mit dem Amte verbunden, beizulegen ist, fest zu bestimmen. (Bei dem hiesigen Progymnasium sind dieses laut hoher Ministerial-Befehls vom 29. Juli 1845 die zwei ersten Lehrerstellen, außer der Directorstelle.) 3. Die Unterscheidung der Lehrer durch Bezeichnung als Ober- und Unterlehrer bleibt abgeschafft. Es sind vielmehr die Inhaber der Oberlehrerstellen als Oberlehrer, alle übrigen ordentlichen Lehrer dagegen, insofern ihnen für ihre Person das Prädikat „Oberlehrer“ oder ein anderer Titel stiftungsmäßig nicht beigelegt ist, als „ordentliche Lehrer“ zu bezeichnen und so auch in den Stats der betreffenden Anstalten aufzuführen. Königsberg den 24. September 1845.

Behufs übereinstimmender Regulirung der bei den katholischen Gymnasien und Progymnasien der Provinz Preußen jährlich stattfindenden Ferien wird das Progymnasium ver-

anlaßt, über die bisher hier üblichen Ferienzeiten Bericht zu erstatten. Königsberg den 27. December 1845.

E. Excellenz der Minister der geistlichen u. Angelegenheiten hat unter dem 10. Januar 1846 genehmigt, daß von jetzt ab zu Ende jedes Schuljahres Abgangsprüfungen bei dem Progymnasium abgehalten und auf Grund derselben Abgangszeugnisse ausgefertigt werden, deren Inhaber ohne weitere Prüfung in die Prima eines vollständigen Gymnasiums aufzunehmen sind. Von dieser Anordnung der unter einer besondern Prüfungs-Commission abzuhaltenden Abgangsprüfungen sind zugleich die Herren Minister des Krieges, der Finanzen, der Justiz, des Innern und des Königl. Hauses 2ter Abtheilung, so wie der Herr General-Postmeister benachrichtigt worden, um dem, die Reise für die Prima eines vollständigen Gymnasiums aussprechenden, Zeugnis in allen denjenigen Fällen Anerkennung zu verschaffen, in welchen von den genannten Herren Departements-Chefs die Beibringung eines solchen vorgeschrieben ist. Berlin den 10. Januar 1846. Königsberg den 20. Januar 1846. f. auch Amtsblatt der Königl. Regierung in Marienwerder No. 5. vom 4. Februar 1846.

Benachrichtigung, daß das Königl. Kriegsministerium sich bereit erklärt habe, die von der Prüfungs-Commission an dem Progymnasio zu Dt. Crone ausgefertigten Abgangszeugnisse in allen denjenigen Fällen für ausreichend anzuerkennen, in welchen die Beibringung eines Zeugnisses der Reise für die Prima eines vollständigen Gymnasii vorgeschrieben sei. Auch habe das genannte Königl. Ministerium die Ober-Militair-Examinations-Commission hiervon in Kenntniß gesetzt. Berlin den 9. Februar 1846. Königsberg den 16. Februar 1846.

Der Herr General-Postmeister hat sich für bereit erklärt, die auf Grund der Entlassungsprüfung des Progymnasiums in Dt. Crone ausgestellten Abgangszeugnisse als ausreichenden Nachweis für die Aufnahme in den Postdienst anzuerkennen. Königsberg den 16. März 1846.

Mit Rücksicht auf die bestehenden gesetzlichen Anordnungen, nach welchen den Gymnasialisten alles Auffallende in der Kleidung verboten ist, soll denselben das Tragen Alles dessen, was von der üblichen Tracht abweicht, untersagt seyn. Königsberg den 28. März 1846.

Abchrift der hohen Ministerial-Verfügung d. d. Berlin den 28. April 1846 in Betreff der in den Gymnasien u. im Gebrauch befindlichen lateinischen und griechischen Grammatiken. Königsberg den 11. Mai 1846.

Das Königl. Provinzial-Schul-Collegium übersendet im Auftrage des Königl. Ministerii der geistlichen u. Angelegenheiten ein Exemplar von den ergangenen gedruckten Bestimmungen:

1. über die Organisation und den Geschäftsgang der Militair-Examinations-Commissionen für die Eintritts- und Offizier-Prüfungen, so wie über die Anforderungen, welche künftig im Offizier-Examen an die zu Prüfenden zu machen sind,
 2. für die in Folge der Verordnung vom 3—4. Februar 1844 auszuführende Umgestaltung der Divisionschulen,
- zur Kenntnißnahme und Mittheilung an die Herren Lehrer der Anstalt. Für den Fall, daß

in Gemäßheit des §. 2. im zweiten Abschnitt der erstgedachten Bestimmungen, Gymnasiallehrer zu den fraglichen Militär-Prüfungs-Commissionen requirirt werden sollten, haben dieselben dem diesfälligen Wunsche der Militärbehörden zu entsprechen. Königsberg den 2. September 1846.

Zweiter Abschnitt.

Chronik des Progymnasiums.

Die öffentliche Gesamtpriifung der Schüler wurde am 21. und 22. August des verfloffenen Jahres abgehalten. Nach Beendigung derselben nahmen die Ferien ihren Anfang und währten bis zum 1. October, an welchem das neue Schuljahr mit den Verlesungsprüfungen begann. Am 3. October fand der beim Anfange des Schuljahres übliche Gottesdienst in der Progymnasialkapelle statt. Der Religionslehrer, Herr Oberlehrer Mader, hielt die h. Messe und nach derselben eine der Veranlassung angemessene Rede an die versammelte Jugend.

Am 5. October feierte der hiesige Official und Probst, Herr Ehrenomberr Anton Perzynski, sein 50jähriges Priesterjubiläum. Derselbe hatte vom Jahre 1795 bis zum J. 1821, also sechsundzwanzig Jahre hindurch, an unsrer Anstalt als Lehrer und Präfect segensreich gewirkt. Die Lehrer und Schüler begaben sich am Vorabend des genannten Tages in festlichem Zuge zu dem Jubilar, um demselben zu der seltenen Feier die aufrichtigsten Glückwünsche darzubringen. Der Director sprach dieselben in einfacher und kurzer Anrede im Namen der Lehrer aus, der Secundaner Zakowski Namens der Schüler. Bei der Ankunft vor der Wohnung des Jubilars, so wie vor der Rückkehr des Zuges sangen die Schüler unter Anleitung des Gesanglehrers, Herrn Königert, einige passende Liederstrophen, die letzterer eigens zu diesem Zweck verfertigt hatte. Das Festmahl, bei welchem außer den Lehrern der Anstalt, die königlichen und städtischen Behörden und viele Freunde und Verehrer des Gefeierten, besonders die Herren Geistlichen, aus der Nähe und Ferne erschienen, fand am 5. October statt. Se. Majestät der König beglückte den Jubilar später durch die Verleihung Allerhöchst Ihres Rothern Adler-Ordens dritter Klasse mit d. Schl.

Am 18. November beehrte der königliche Oberpräsident der Provinz Preußen, Herr Dr. Boetticher, auf der Durchreise von Berlin nach Königsberg die Anstalt mit seinem hohen Besuche und besprach mit dem Director mehrere Verhältnisse derselben in höchst erfreulicher und ehrerbietigst anerkennender Theilnahme.

Daß dem Progymnasium durch hohen Ministerial-Erlaß vom 10. Januar d. J. das Recht verliehen ist, die Schüler seiner obersten Klasse, Gymnasial-Secunda, nach abgehaltener Entlassungsprüfung für die Prima Gymnasii reis zu erklären, ist bereits mitgetheilt worden. Daß dieser Prüfung zu Grunde zu legende Reglement enthält 16 §§. und wurde unter dem 20. Ja-

nuar a. e. nach vorheriger Genehmigung Sr. Excellenz des Herrn Ministers Dr. Eichhorn, durch das Königliche Hochlöbliche Provinzial-Schul-Collegium dem Progymnasium zugeteilt. Die erste Entlassungsprüfung wird somit im nächsten Jahre unter dem Vorstehe eines Königl. Provinzial-Schulraths Statt finden.

Die Klassenprüfungen wurden am 2. und 3. April abgehalten.

Am Sonntage Palm. vereinigten sich die Lehrer mit den Schülern kathol. Confession zum Genuße des h. Abendmahls.

Am 15. October, als dem hohen Geburtstage Sr. Majestät, unseres Allergnädigsten Königs, versammelten sich die Lehrer und Schüler in der Progymnasialkapelle zu einer kirchlichen Feier desselben. Der Religionslehrer, Hr. Oberlehrer Mader, absolvirte die h. Messe und hielt zum Schluß die Festrede.

Die Turnübungen haben im Laufe des Sommers, so weit das Wetter nicht durchaus hinderlich war, regelmäßig Mittwochs und Sonnabends von halb 6 bis halb 8 Uhr Abends Statt gefunden. Nur drei Schüler wurden wegen körperlicher Unfähigkeit von denselben ausgeschlossen, oder vermieden dieselben wegen des seitens der Eltern vorhandenen Vorurtheils. Von einzelnen Schülern der beiden Oberklassen war eine regere Theilnahme zu wünschen gewesen.

Die Hauptferien begannen in diesem Jahre bereits am 31. Juli, weil von diesem Tage an bis zum 16. September die Umdeckung des Schuldachs ausgeführt wurde.

Dritter Abschnitt.

Statistische Uebersicht.

Das Progymnasium war während des Schuljahres 1845—46 in seinen 5 Klassen im Ganzen von 119 Schülern besucht. In Secunda waren 17, in Tertia 26, in Quarta 15, in Quinta 22, in Sexta 39. Von diesen gingen 9 von der Anstalt wieder ab, theils auf ein Gymnasium, theils zu andern Zwecken; am Schlusse sind also 110 Schüler. Zwei Secundaner des Progymnasii traten im Herbst des vorigen Jahres, wie schon im Herbst 1844 ebenfalls drei Schüler derselben 2ten Klasse, in die Prima der betreffenden Gymnasien ein.

Die etatmäßig zur Anschaffung von Unterrichtsmitteln festgesetzte Summe ist dem Bedürfniß gemäß verwendet worden. Gegen die Mitte des Januar e. langten die in dem vorigjährigen Programm erwähnten mathemat. physikalischen Instrumente, ein Geschenk des Königl. hohen Ministerii der geistl. u. Angelegenheiten, hier an. Ferner von derselben höchsten Behörde: Ein Exemplar des zum Corpus script. hist. byzant. gehörigen 2ten Theiles des Johannes Bonaras, als Geschenk für die Bibliothek.

Die Buchhandlung G. B. Bädeler in Essen übersandte das lateinische Übungsbuch von Spieß für Quinta, auch das für Sexta; die Herren Weit u. Comp. in Berlin August's

Logarithmen. Aufmerksam gemacht wurde durch das Königl. Prov. Schul-Collegium auf folgende Schriften: 1) Die harmonischen Verhältnisse, ein Beitrag zur neuern Geometrie von E. Adams, 1. Theil, Winterthur 1845. — 2) Die merkwürdigsten Eigenschaften des geradlinigen Dreiecks von E. Adams. Winterthur 1846. — 3) Bräuers Auszüge aus dem Zeichnen-Unterricht. — 4) Sammlung deutscher Gedichte aus dem Gebiete der Geschichte Preußens von Dr. Lehmann.

Die Direction des Gymnasii in Rastenburg übersandte die Festschrift zur Sacularfeier der gen. Anstalt. Desgleichen schenkte der Herr Land- und Stadtgerichts-Assessor von Bis-
marck bei seiner Versetzung von hier 16 Bände brauchbarer Bücher.

Eine Anzahl dürftiger Schüler wurde durch Gewährung von Freitischen in mehreren Familien der Stadt unterstützt. Für diese Wohlthat dankt die Anstalt auf das Verbindlichste.

Die Aufnahme neuer Schüler findet in der letzten Woche des September Statt. Das neue Schuljahr beginnt am 1. October.

Ordnung der Prüfung.

Am 2. October, Vormittags von 8—12 Uhr.

Mathematik in II.

Französisch in III.

Griechisch und Hebräisch in II.

Latein in IV.

Latein in III.

Ev. Religionslehre in III. und II.

Nachmittags von 2—4 Uhr.

Latein und Geographie in VI.

Rechnen und Deutsch in V.

Geschichte in IV.

Kathol. Religionslehre in IV., V. u. VI.

Declamation und Schlußgesang.

Malkowsky, Director.

U e b e r s i c h t

der statistischen Verhältnisse des Progymnasiums vom Herbst 1845
bis zum Herbst 1846.

Lehrer.		Allgemeiner Lectiönsplan.							Schüler während des Schul- jahres.	Abgang im Schul- jahre.	Zahl am Schlu- ße.
		Wöchentliche Stundenzahl.									
		Unterrichts- gegenstände.	II.	III.	IV.	V.	VI.	über- haupt	Schul- jahres.	Schul- jahre.	ße.
Fr. S. Malkowsky, Dir.	Lat ein	9	10	9	8	8	44	II.	17	2	14
Klem. Bon. Martini, Obl.	Griechisch	6	6	5	—	—	17	III.	26	5	21
Franz Mader, Oberlehrer.	Deutsch	3	3	4	4	4	18	IV.	15	—	15
Dr. Aug. Lams, ord. Lehrer.	Französisch	2	2	—	—	—	4	V.	22	1	21
Joh. Georg Zanke, desgl.	Hebräisch	2	—	—	—	—	2	VI.	39	1	39
Karl Weierstraß, desgl.	Religion	2	2	2	2	2	4	Sa.	119	9	110
Pfarrer Weise, ev. Rel. L.	Mathematik	4	4	4	—	—	12				
Georg Koniker, Gef. L.	Rechnen	—	—	—	4	4	8				
	Physik	2	—	—	—	—	2				
	Naturgesch.	—	2	2	2	2	6				
	Geschichte	3	2	2	2	—	9				
	Geographie	1	1	1	2	2	6				
	Zeichnen	—	—	—	2	2	2				
	Schönschr.	—	—	—	2	2	2				
	Gefang	—	—	—	—	—	2				
	Summa	34	32	29	28	26	139				

Druckfehler-Berichtigung.

Auf Seite 17, Zeile 11 von oben lese man, statt: an die Wirthstafel — an der Wirthstafel.

29. 16. statt: wär — wäre.